

memoriam potius divinitatis quam humanitatis existit, ne ea que fiunt ab hominibus in oblivionem deveniant, perhenari solent obsequio litterarum. Notum igitur esse volumus omnibus tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod, cum Johannes institor senior et Henricus Becherer cives nostri Vribergenses triginta tria talenta annui census in moneta nostra Vriberc pro ducentis et viginti marcis argenti nomine hospitalis, quod est situm 5 ante civitatem Vriberc, et cum pecunia ejusdem hospitalis a nobis comparassent justo interveniente emptionis et venditionis tytulo, nos ob remedium anime nostre et domine Agnetis bone memorie dilecte conjugis nostre nec non ob reverenciam et honorem omnipotentis dei et beate Marie gloriose virginis matris sue et eciam beati Johannis ewangeliste patroni predicti hospitalis eundem censum ipsi hospitali in proprium dedimus pro 10 sustentatione sive refectione egrotantium sive debilium, qui nunc sunt in eodem hospitali vel qui fuerint tempore procedente, perpetuo possidendum, tali moderamine adhibito et adjecto, quod magistri ejusdem monete nostre, qui pro tempore fuerint, sepe dicto hospitali vel procuratori ejusdem in octava purificationis beate Marie virginis*) unum talentum denariorum et singulis aliis septimanis subsequentibus similiter unum talentum persolvant 15 successive vel unam marcam pro talento, donec predictus census eidem hospitali fuerit integraliter persolutus, et hoc modo solutio ejusdem census dicto hospitali erit annis singulis facienda, recognoscentes nos predictas ducentas et viginti marcas integraliter recepisse a nostris civibus supra dictis. Ut autem nostra donatio predicta robur optinere valeat perpetue firmitatis, eandem litteram ipsi hospitali in testimonium dari fecimus 20 nostri sigilli munimine roboratam. Datum Tharant anno domini m° cc° lxxi°, xvi° kalendas junii, presentibus magistro Geuchardo preposito in Hayn nostro prothonotario, Henrico de Waldowe, Henrico de Syden et aliis quam pluribus fide dignis.

(SFR.)

27.

25

Markgraf Heinrich der Erlauchte eignet dem Hospitale zu Freiberg einen jährlichen Zins von 10 Talenten, welchen der Freiburger Bürger Bertoldus de Stenzenberg von den Brüdern Johannes und Henricus de Syden gekauft und dem Hospitale geschenkt hat. Freiberg, 1271 Nov. 2.

Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 35. Das wolerhaltene Reitersiegel an Fäden von rother, gelber und brauner Seide.

Gedr.: Horn Henricus illustris 336.

30

In nomine domini amen. Henricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio omnibus Christi fidelibus presens cyrographum inspecturis in perpetuum. Quoniam omnium habere memoriam potius divinitatis quam humanitatis existit, ne mundane actiones processu temporis in oblivionem deveniant, perhennaari solent patrociniis litterarum. Notum 35 igitur esse volumus universis tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod, cum Johannes et Henricus fratres dicti de Syden decem talenta Vribergensis monete, que a nobis tene-